

## 1

Václav II., český král a moravský markrabě, dává na žádost své sestry Kunhuty a tety Alžběty špitálu sv. Františka rádu křížovníků s červenou hvězdou v Praze patronátní právo kostela v Kynšperku.

V Praze 20. června 1286

## 2

Tobiáš, pražský biskup, potvrzuje na žádost krále Václava II. křížovníkům s červenou hvězdou v Praze donaci kostela v Kynšperku a jeho patronátního práva.

V Praze 9. března 1288

Originál na pergamenu je uložen v NA Praha, Křížovníci s červenou hvězdou – generalát a konvent, inv. č. 94, sg. ŘKŘ 304 (A). – Transsumpt ve vidimus pražského biskupa Řehoře, vydané v Praze 12. března 1298, jejíž originál je uložen tamtéž, inv. č. 107, sg. ŘKŘ 305 (B). – Transsumpt ve vidimus pražského biskupa Jana IV., vydaném v Praze 22. března 1302, jehož orig. je uložen tamtéž, inv. č. 109, sg. ŘKŘ 303 (C). – Transsumpt v instrumentu veřejného notáře Jana Moravce, vydaném v Praze 31. května 1332, jehož orig. je uložen tamtéž, inv. č. 186, sg. DOPLNĚK (D).

Reg. Havel, Katalog I, s. 133–134, č. 345.

Lit. Nový, Listiny

Dorsum: Privilegium eclesie in Chvnesperk (soudobý). – N° I (15.–16. století). – Tobias, episcopus Pragensis, ratificat cum capitulo donationem beneficii Crucigeris Regiomonti a Wenceslao rege anno 1288 factam (cca 17.–18. stol.)

Písář: T 12 = bud' kancelář vydavatele, nebo příjemce

Diktát:

In nomine Domini amen. Nos Thobias, Dei gracia Pragensis episcopus, omnibus in perpetuum.

Incumbit nobis ex debito pontificalis officii, ut iusta petencium desideriis audienciam cum efficacia prebeamus, presertim, cum eorum vota et puritas adiuvat et iuris explorati veritas non relinquit. Eapropter notum esse volumus universis tenorem presencium inspecturis, quod nos ad preces et devotam instanciam precordialis domini nostri, domini Wencezlay, incliti regis Bohemie et marchionis Moraue, donacionem legitimam et perfectam, quam ipse honestis et religiosis viris priori et magistro ac fratribus hospitalis sancti Francisci in pede pontis Pragensis Cruciferis ordinis stellatorum pietatis intuitu de assensu nostro fecisse dignoscitur ex causa saluberrima et honesta, ecclesiam de Cunsperech<sup>a)</sup>, civitate sua, in provincia Cubitensi sita, et ius patronatus eiusdem cum omnibus suis pertinenciis<sup>b)</sup>, divine remuneracionis intuitu et pro suorum peccatorum remedio conferendo, ratam et gratam habentes, accedente ad hoc honorabilium virorum domini Vlrici prepositi, magistri Gregorii decani tociusque Pragensis ecclesie nostre capituli communi connivencia et assensu, auctoritate, qua fungimur, ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire; si quis autem contrarium attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Viti Wencezlay Adalberti martirum et aliorum sanctorum omnium se noverit incursum. In cuius rei testimonium istud scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum Prage anno Domini millesimo ducentesimo octoagesimo octavo, VII<sup>o</sup> idus marci, pontificatus nostri anno decimo, indicacionis prime.

Pečet: biskupa Tobiáše, z přírodního vosku, přivěšena na žlutých, zelených a červených hedvábných nitích; mírně poškozená, restaurovaná; na rubní straně otisk Tobiášův sekret.

<sup>a)</sup> v C napsáno Chungesperch, v D Konigesperch. – <sup>b)</sup> v C napsáno pertinencii suis.

## 5

Václav II., český král a moravský markrabě, prohlašuje, že patronátní právo kostela v Kynšperku, které dříve udělil křížovníkům s červenou hvězdou v Praze, právoplatně náleží waldsasskému klášteru.

V Nižboru, 22. září 1290

Originál na pergamenu uložen v StA Amberg, Kloster Waldsassen Urkunden 115 (A). – Opis v pergamenu kopiáři z 1. pol. 14. stol., jenž je uložen v StA Amberg, Kloster Waldsassen 349, fol. 43r-v (B). –

Nos Wencelaus, Dei gracia rex Boemie et marchio Moravie, tenore presencium profitemur, quod olim fratres Cruciferi cum stella, hospitalis Pragensis, accedentes nostram presenciam, devote et humiliter supplicarunt, ut ius patronatus ecclesie in Kunigesperch eis et eorum ordini conferre de benignitate regia dignaremur, affirmantes eiusdem ecclesie ius patronatus ad nos legittime pertinere. Nos vero petitioni eorundem fratrum favorabiliter annuentes, in eadem ecclesia ius patronatus eiusdem ecclesie, quod nobis tunc secundum assertionem eorundem fratrum competere credebamus, eisdem fratribus et ordini contulimus, sicut tunc ab ipsis fuimus informati. Post hec honorabilis vir dominus Theodericus, venerabilis abbas in Waltsachsen, in iure patronatus ecclesie antedictae asserens se suumque monasterium ex huiusmodi nostra collatione gravatum, ad nos venit et eiusdem ecclesie ius patronatus ad eum de iure pertinere tribus viris idoneis et fidei dignis, Vlrico de Herdeginsdorf et Wolfhardo de Kvnigisperch, militibus, et Alberto, cognomine Tartaro, cive nostro in Cubito, coram nobis est publice protestatus. Qui quidem in animas eorum sunt confessi et protestati singulariter et generaliter, quod ius patronatus ecclesie memorare ad dictum abbatem et suum monasterium pertineret et memores essent et de certa sua sciencia heberent, quod antecessores ipsius domini abbatis et fratres Cisterciensis ordinis, monasterii de Waltsachsen, a sexaginta annis vel amplius prelibatam ecclesiam in possessione pacifica habuissent. Quorum protestationem exinde veram esse scimus et fidem ei plenariam adhibemus, recognoscentes presentis scripti patrocinio sepeditam ecclesiam in Kunigisperch in iure patronatus ad abbatem in Waltsachsen et conventum ibidem legittime pertinere. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostris sigillis iussimus communiri. Datum in Misenburch, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, decimo kalendas octobris, inductione tercia.

Řehoř, pražský biskup, vidimuje listinu Václava II., českého krále a listinu Tobiáše, pražského biskupa, pro křížovníky s červenou hvězdou v Praze, které se týkají donace kostela v Kynpšerku a jeho patronátního práva a jejich znění inseruje.

Originál na pergamenu uložený v NA Praha, Křížovníci s červenou hvězdou – generalát a konvent, inv. č. 107, sg. ŘKř 305 (A).

Nos Gregorius, Dei gracia Pragensis episcopus. Notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quod litteras donacionis serenissimi domini nostri, domini Wencezai, Dei gracia regis Boemie moderni magistro hospitalis P[ra]ge<sup>1</sup> in pede pontis et suo conventui traditas et concessas super iure patronatus ecclesie in Chuncgsperch necnon litteras ratificationis et assensus reverendi in Christo patris domini Thobie nostri antecessoris DOPLŇ datas non cancellatas, non viciatas nec in aliqua sui parte abolitas vidimus per omnia in hec verba: Wencelaus, Dei gracia rex etc.<sup>2</sup> In nomine domini amen. Nos Thobias, Dei gracia Pragensis episcopus etc.<sup>3</sup> Ne igitur cuiquam in posterum super huiusmodi donacionis regie et ratificationis litteris dicto magistro hospitalis et suo conventui<sup>4</sup> concessis alicuius possit ambiguitatis scrupulis suboriri super hiis presens scriptum fieri procuravimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Prage anno Domini M° CC° LXXXIX° VIII, idus marci, pontificatus nostri anno secundo, indiccionis undecime.

1) 2) Následuje znění listiny Václava II. z roku 1286, viz č. 1. – 3) Následuje znění listiny pražského biskupa Tobiáše, vydané v Praze 9. března 1288 (viz č. 2); drobné textové odchylky, přehození slovosledu

*Jan, pražský biskup, vidimuje listinu pražského biskupa Tobiáše pro křížovníky s červenou hvězdou v Praze, která se týká potvrzení donace patronátního práva kostela v Kynšperku.*